



**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou Pisidou
diakonou ...**

Georgius <Pisida>

Lutetiae, 1585

De animalium remediis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](#)

- 890 Aroma spicam cogit almam fundere?
 Ast vnde Palma arentibus nata in plagis,
 Mel fundit in fructus racemósque vuidos?
 Quis mala citria muniens tot spiculis,
 Aptauit ipsis arma naturalia?
 Quis stirpium fœtus recentes obtegit?
 Ac his quidem indit nuclei basim osseam,
 Queis nuditas extra imbecilla est scilicet:
 Aliisque duram opponit exteriūs cutem,
 Queis intus est mollitia delicatio.
- 900 Ecquis Leoni audaciam, timido at damæ
 Cursus timoris remedium tutum exhibit?
 Tauro quis ut opifici dedit robur, solum
 Vertat ut aratro? quis ve linguam garrulis
 Velut organum formauit auibus tinnulum?
 Ut inde rentur fabulatores noui
 Ipsas habere cognitos vocum sonos.
 Ast vnde quæso maximis Gryps viribus
 Bouem vnguis rapidissimis altè eleuans,
 Alésque volat, & quadrupes gressus mouet?
- 910 Quisnam Camelos, astuent irâ licet,
 Persuasit ut parentis haud se polluant
 Contactibus? libidinosum ergo hoc pecus,
 Dum temperat constanter à venere impia,
 Persas nefandæ impuritatis arguit.
- Decreta quænam didicit à Coo sene,
 Ut saucius caper ferus Dictamnum edat,
 Et sic sagittarum venenum respuat?

Nardi spica.
Plin. c. 2. l. 13.Palma.
Plin. l. 13. c. 2.Mala citria,
scu Assyria.
Plin. l. 12. c. 3.Fructuum in-
tegumenta, &
nuclei.Animalium
proprietates.
Leo.Dama.
Taurus.Auium lin-
gua.
Plin. 7. 19.
cap. 12.Gryphus.
Plin. l. 7. c. 2.Cameli.
Aristot. lib.
de mirab. audi.De animaliis
remedis
De capro seu
Capris feris:
Aristot. l. 9.
hist. Anni. c. 6
Diogen. l. 3.

PISIDÆ, MVNDI OPIFICIVM.

*Accipitris
medicina.* Ecquis Galenus Accipitrum vulnera
Lactucæ amaris purgat è liquoribus,
Caliginosam lumen his nubem auferens?

Pardalis. At Pardalis feræ cruorem haurit capræ
Vexata morbo: sic medetur & sibi.

Cameli. Sed vuidis quercus sacratae frondibus,
Vstos Camelus mox sapores euomit.

Canis. At viride gramen si canis gustauerit,
Depellit atræ bilis ægritudinem.

*Lupi.
Leporis.
Leonis.* Raui at lupi terram, lepusque cantharos,

*Cygni.
Hœdi.* Leoque simias: olor ranunculos,
Hœdique difficultem cum edunt Scammoniam,
Cibo hoc dolores cruditatis leniunt.

Ciconie. Et absque falso numine Aesculapij,
Angues vorando sana fit Ciconia.

Catoblepas. Vnde at Catoblepas anhelans vim igneam,
De hac fera A nare flatum torrida emittens ferum,
Ælia. Var. Incendij flumen solum versus iacit,
hiſt. l. 7. c. 5. Iaculatur ac telum procul, tanquam arciger,
Plinius verd Ætnam ut ardore rapidam flamمام putes,
l. 8. c. 21. Fulminibus & pares vaporum turbines?

Athenaeus. l. 5. Ut nisi iuberetur gerere primum caput,
Pompon. Mel. Flamniæque feruidos ciere infra globos,
l. 3. c. 10. Terram cadaueribus premi contingeret.

*Animatibus
formidolosa* Iam qui genera præstantiora animalium
Terrainur à re viliori qualibet?

*Equo.
Tauro.* Formidat omnis equus flagelli verbera,
Oestróque percussus fugam taurus capit:

920

930

940

Terret